dominus dabit benignitatem: & terra nostra da
bit fructum suum. Iustitia ante eum ambu
labit: & ponet in uia gressus suos.



Inclina domine aurem tuam ad me & exau
di me: quoniam egenus & pauper sum ego. Cu
stodi animam meam quoniam sanctus sum: saluum fac
seruum tuum deus meus sperantem in te. Miserere
mei domine quoniam ad te clamaui tota die. Le
tifica animam serui tui quia ad te domine le
uaui animam meam. Quoniam tu domine suauis
ac mitis es: & copiosus in misericordia omnibus in
uocantibus te. Auribus percipe domine ora
tionem meam: & intende uoci deprecationis
mee. In die tribulationis mee clamaui
ad te: quia exaudisti me. Non est similis tui
in diis domine: & non est secundum opera tua. Omnes
gentes quascumque fecisti uenient: & adorabunt
coram te domine: & honorificabunt nomen
tuum. Quoniam magnus es tu: & faciens mi
rabilia tu es deus solus. Deduc me domine in
uia tua: & ambulabo in ueritate tua.
Letetur cor meum ut timeat nomen tuum.
Confitebor tibi domine deus meus in toto corde meo
& honorificabo nomen tuum in eternum. Quia

benedixisti ... captiuitatem ...
Fr ...
53
53

67

Elegi abiectus esse in domo dei mei: magis quam
habitare in tabernaculis peccatorum.
Quia misericordiam et veritatem diligit deus: gratiam
et gloriam dabit dominus. Dominus non privabit bonis
ambulantes in innocentia: domine deus virtutum.
beatus homo qui sperat in te.
Benedixisti domine terram tuam: avertisti captivitatem
Iacob. Remisisti iniquitatem
plebis tuae: operuisti omnia peccata eorum. Mi
tigasti omnem iram tuam: avertisti ab ira
indignationis tuae. Converte nos deus salutaris
noster: et averte iram tuam a nobis: ut non in aeter
num irascaris nobis. Neque extendes iram tuam
a progenie in progenies. Deus tu conversus vivificabis
nos et plebs tua laetabitur in te. Ostende
nobis domine misericordiam tuam: et salutare tuum da
nobis. Audiam quid loquatur in me dominus deus: quoniam
loquetur pacem in plebem suam. et super sanctos suos.
et in eos qui convertuntur ad ipsum. Veruntamen
prope est timentibus eum salutare ipsius: ut
inhabitet gloria in terra nostra. Misericordia et veri
tas obviaverunt sibi. Iustitia et pax
complexe sunt se. Veritas de terra orta
est: et iustitia de caelo prospexit. Etenim